



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

VII. De interruptione Missæ inchoatæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Si quando dubium incidat, sintne
tui, an prioris Sacrificii, reputa pro
tuis: non enim est suspicandum alte-
rum neglexisse, nisi constet. Cùm
communicandus est populus, id facies
ante sumptam purificationem calicis:
nam cùm remansurus sis iejunus, eius-
modi particulas quascunque sumere
poteris, sicut fit, cùm ciborum à mi-
nutis eiusmodi particulis expurgan-
dum erit.

NVM : VII.

De interruptione Missæ.

Sacrificium inchoatum interrum-
pi fas non est, nisi graues causæ
excusent: excusant aliquæ: si ante ob-
lationem superueniat Episcopus, vel
vir Princeps, vel multitudo iter faci-
entium die, quo ad Missam obligan-
tur, potes ab initio repetere, ut inte-
gram audiant: si ab altari euoceris ad
Baptismum, aut Sacramentum Pœni-
tentiae, aut Viaticum conferendum ei,
qui

168 *Institutionum Pastoralium*
qui periclitatur , neq; periculum mo-
ram patiatur , relinque Sacrificium
etiam peractâ consecratione , & quo
necessitas vocat , propera : monebis
tamen populum de causa , ne offendat-
tur , & statues ad altare , qui obseruer,
ne quod Eucharistiæ periculum inte-
rim creetur. Uſus quoque fert , ut post
Euangelium concio interponi possit
ante oblationem : interim depositâ
Casulâ , operam dare potes confessio-
nibus audiendis , non procul ab alta-
ri : extra concionem verò cùm faci-
ficas , ne permittas te interpellari
cuiusquam confessione , nisi necessitas
imperet ; quia præterquā quòd interru-
pere Missam indecens est , fortè diutius
te pœnitens detinebit , quam velles
cum aliorum offensione.

NVM: VIII.

*De quibus monendus populus pro Concio-
ne , & de Quæstuariis , externisue
Sacerdotibus.*

Denuo.